Sit omnibus notum quod Ego Matheus Vives prochie de Ffianatho gratis et ex certa sciencia confiteor et recognosco vobis
venerabili et religiose domine Sibilie monache et sacristane Monasterii Sancti Danielis Gerunde licet absenti virtute sue
per me superius prestiti quod vos habetis et recipitis ac habere et recipere consuevistis et vestre predecessores in dicta sacristia
habere et recipere consueverunt et ego dare debeo et consuevi teneorque atque presto vobis seu dicte sacristie bene et fide-
liter tres partes decime de omnibus et singulis expletis sive proventibus ex quadam pecia terre mea que fuit
de pertinenciis mansi de Sa Serra prochie de Vilalbino, quam ego teneo et possideo infra prochiam de Vilalbino in loco
vocato Plan Ganlober, et residuam quartam partem recepit et recipere consuevit Elemosina Sancti Felicis Gerunde
ad usum et consuetudinem prochie de Vilalbino. Que quidem pecia terre continet in se quatuor tornatas terre vel prope
circa, prout affrontatur ab oriente in honore Guillelmi Calis prochie de Vilalbino, a meridie in honore Vay
Algarts prochie de Ffianatho, ab occidente in honore mansi Massoron dicte prochie de Vilalbino et a circio
in honore meo. Jurans sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta
fore vera. Hec igitur omnia et singula supradicta facio [illegible] in posse notarii infrascripti, tanquam in
persona publica predicta omnia et singula a me legitime stipulantis, paciscentis et recipientis nomine vestri dicte venerabilis et
religiose domine Sibilie monache absentis et omnium aliorum quorum interest et intererit. Actum est hoc in villa
de Caldis nona die Septembris anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo primo. Signum Mathei
Vives predicti qui hec firmo concedo et laudo atque juro.

Testes huius rei sunt Bonanatus Fonoyeres [illegible] et Petrus [illegible] de Podio Castri de Locustia.

Signum Raymundi Garlandi notarii publici substituti a Michaele de Casis notario publico Calidarum notarie
auctoritate nobilis viri domini Gastonis de Montecatheno quondam domini baronie de Locustia, qui hec scripsit et
clausit cum supraposito in linea viii ubi scribitur terre.

Vilobí

9-9-1404

N° 21 [illegible] dels quals [illegible] de la sacristia [illegible]

n° 1045

T265 40

C1105

Tots estos altres son albarans [illegible]
de Vilobí [illegible]